



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem**

**Bouchy, Philippe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. III. De cereo accenso & Christi crucifixi imagine: quorum ille, moribundo  
tradi solet in manum: hæc ostendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](#)

## §. III.

*De cereo accenso & Christi crucifixi imagine: quorum ille, moribundo tradit  
solet in manum: hoc ostendit.*

**C**um æger ad extrema properat,  
cereus accensus datur ei in manus, quasi vitæ lampada alteri jam  
jam tradituro; & ut eo ritu, testetur  
se esse è numero eorum qui Christi  
Domini voci obedire volunt, dicen-  
tis: *a Sint lumbi vestri præcincti, & lu-  
cerna ardentes in manibus vestris, & voi-  
similes hominibus expectantibus Dominum  
suum quando revertatur à nuptiis: si  
cum venerit & pulsaverit, confessim ape-  
riant ei. Beati servi illi, quos cum venerit  
Dominus, invenient vigilantes.*

Dicat Amicus fidelis moribun-  
do: *Ecce sponsus venit, exequendum est  
obyiam, sed ante, ardente hunc ce-  
reum accipe, quo significes; ei te, in-*

*a Luc. 12.*

claritate & lumine fidei (quæ per  
hujus cerei flammam designatur)  
velle vivere & mori.

Imitandus hic Sacerdos quidam  
sanctitatis laude eximus, Consalvus  
Mederius (cujus in suo prodromo  
meminit Drexelius) qui paulò an-  
te excessum, accitis sociis, sacrum  
cereum accendi jubet, & recitato  
symbolo Apostolorum, in hac, in „,  
quit, fide institutus sum, in hac „,  
vixi, in hac morior; testorque, si „,  
quid fortè in extremo agone con „,  
trarium excidat mihi jam nunc in „,  
dictum & irritum velle, Deinde „,  
porrecto brachio, cereoque manu „,  
apprehenso: ut lumen hoc, inquit „,  
oculos illuminat corporis, sic cre „,  
do Dominum Jesum illuminare om „,  
nem hominem venientem in hunc  
mundum; quia ipse lumen verum  
& æternum est. Imitetur, inquam,  
Consalvum moribundus, addatque  
cum Propheta: Illumina Domine o-  
culos meos, lumine verae fidei ne unquam  
obdormiam in morte, nec ubi à recto fi-

I s dei

dei tramite deviem, ne quando dicat i-  
namicus meus prævalui adversus eum. Sed  
potius, fidei scuto validissimo, om-  
nia nequissimi tela ignea excipiam,  
& in caput ejus illæsus retorqueam,  
dicens: a Vade Satana: abrenuntio tibi  
Satana, & adhæreo tibi Christe Iesu, Du-  
meo, Credo quidquid dixit Dei filius verbo  
veritatis nihil verius. Credo Domine  
Iesu, credo, adjuva incredulitatem  
meam.

Non est expectanda hora ultima  
ut hoc ab ægro præstetur: poterit  
enim ab eo sæpius & a sanis interdum  
utiliter cæremonia illa usurpari: ne-  
scis enim, quisquis es, an non hac  
ipsa luce, lux tua tibi subtrahatur &  
extinguatur. Vide ne olei egens,  
cum fatuis virginibus cœlo exclu-  
daris: concubia nocte venientem  
sponsum pævigil expecta, lumbos  
præcinge, bonorum operum lucen-  
tem facem intraturo præluce; quid-  
quid morbi, laborum, dolorumque  
super est patienter sustine, ad aulæ  
nuptiæ.

**a** Mat. 4.

nuptialis limen perdius & pernox accensa lampade, constanter excuba, ut ingredientem sponsum subsequaris. a Beati enim, qui ad canam nuptiarum agni vocati sunt, beatiores, b quos cum venerit, Dominus, invenerit vigilantes.

a Apoc. 19. b Luc. 12.

## §. IV.

*De Christi in Cruce fixi imagine, moribundis ostendenda.*

**M**omenti plurimum ad exprimendos ab ægro fidei, spei caritatis, aliarumque virtutum actus, in salutiferæ crucis exhibitione sum esse existimo, si nempe Amicus fidelis, Christi in ea pendentis membra, singillatim, quasi locos Rhetoricos excutiat, qui que lateant in singulariis pietatis sensus, quasi divini mellis latices, composita ad pietatem oratione, eliciat, ita olim, Hebrei a sugebant mel de petra, oleum

a Dens. 3.

I 6

d 5